



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Feruor eius ac zelus maximus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Fervor eius  
ac zelus ma-  
ximus.*

quæ moliebatur: & opera ipsa ad eum recognoscenda mitteret. Nimirum facillimè pares, ut in veteri proverbio, cum paribus, præcipueque Christiani sapientes inter sese conglutinant. Hoc autem aditu præcepto Canisius iam non Poloniam modo, & Lituaniam, sed etiam in Moschos, ultimosque Scythas, ac Tartaros, & inde per usque in Sinas, ac totum Orientem suæ caritatis amplitudinem, & immensam Christi gloriæ ceteris gentibus prædicandæ cupidinem extendebat, magna voluptate beatum Ignatum, cæteraque replens Romanos Patres, cum capax illorum gentium omnium, & ærumnarum omnium prædictus in literis eius intuebantur. Sed, dum terra vel ultimis finibus imminet, omnium acerrime ad sese Albertus Bauarus, ob eam causam etiam Henrico Scouuickero, quo utebatur à secretis, urbem misso, euocabat. Itaque & aliorum, & eius maxime contentione commotus Rex Ferdinandus, veritusque ne propugnaculo Vienna tali non daretur, per studiosas ad Ignatum literas dedit, in quem inde Doctorum auocare, sed eorum potius augere numerum placeret; simul opportunitatem ostendens rei bene gerendæ in ea Academia

mia,

mia, ad quam tanquam in regionum earum um-  
 bilico positam vndiq; accurreretur, simul suam  
 in omnia patrocinium Societati deferens: quod  
 planè vberius re, quam pollicitatione præstabat.  
 Quo loco iuuat gratulari bonitati diuinæ, quæ  
 Principum illorum mentibus tantum religionis  
 studium, tamque pulchrum certamen immitte-  
 ret. Dum autem ita consulit alienis Canisius, non  
 plane suos obliuiscetur. Othonem fratrum ex  
 Nouerca minimum natus ad obsequium Dei (Vi-  
 ennæ puer ad Burcardum Auunculum venerat)  
 omni ope pellicere studuit. Sed frustra fuit labor  
 in eo. Non item in Theodorico eiusdem maiore  
 germano; qui cum Colonia sub Leonardo Kesse-  
 lio diuini famulatus concepisset igniculos, Vien-  
 nam venit, & confirmatus à Petro per autumnū  
 missus est Romam ad Tyrocinium. Optabat &  
 Nouiomagi Societatis domicilium condi, & sp̄  
 bonam erat ingressus, quod Virgo illa suæ No-  
 uercæ foror moriens ædes ad eam rem quasdam  
 legarat. Sed hominum certorum superuacua, &  
 improuida nimis cautio operis cursum interrup-  
 pit, ita vt hodieque careat Nouiomagum Socie-  
 tate.

*Theodoricus  
 Canisius So-  
 cietati ad-  
 iungitur.*